



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

**González Téllez, Emanuel  
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Capvt IX. (a) B. quondam Reginæ Anglorum Illustri.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](#)

## CAPVT IX.

(a) B. quondam Regina Anglorum Illustri.

**E**x parte tua fuit propositam coram nobis, quod nonnulli (b) litterati terræ tuæ, habitu & tonsurâ relictis, publicè dicunt uxores, de his, qui sunt hujusmodi solliciti, quomodo uxoribus placeant, existentes; qui licet negotiationibus, & aliis sacerdotalibus insistant negotiis, ut tamen consuetis justitiis, & debitis obsequiis te defraudent, tonsuram resumunt abjectam, quâ ipsius prætextu ab hujusmodi ut clericî excusentur; quamquam non militent Dômino, sed potius mundo, ut cæteri uxorati, Quidam etiam acceptâ primâ tonsurâ similiter contrahunt, & candem tonsuram deferunt, ut eodem prætextu excusari valeant à prædictis: & ven. f. n. Episcopus, & dilecti filii Decanus, Archid. & Capitulum (c) Cenomanen, ipsos tanquam clericos in subtractione servitiorum tuorum fovere nituntur in tuum præjudicium, & gravâmet. Cum igitur reddenda sint quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo; & publici uxorati clerici non existant, dum se sic (d) sacerdotalibus negotiis implicant: æquamenti miter ducimus tolerandum, si justicias debitas, & servitiae consueta, velut ab aliis uxoratis exigas, & recipias ab eisdem: cum tonsura, quam non obientu religionis, sed in fraudem subtrahendi servitiae, resumpsisse, & accepisse videntur, in his non debeat patrocinium impetriri.

## NOTÆ.

(a) **B.**] Ita legitur in s. compil. sub hoc tit. cap. i. & in cap. ex parte 13. de privilegi. ubi etiam agitur de his clericis conjugatis, qui tonsuram jam dimissam resumunt inaleficiis perpetratis. De hac Berengaria Angliae Regina plura notavi in cap. ex parte 15. de foro compel. Ideo autem in præsenti Honorius rescribit huic Reginæ, quia ut auctor est Rodericus Toletanus lib. 5. de rebus Hispan. cap. 24. ea plerumque morabatur in civitate Cenomanensi, quam ratione dotalitii acquisierat, ut retuli in dicto cap. ex parte 15. unde consuluit Honorius III. super excellib[us] clericorum.

(b) **Litterati.**] Regulariter litterati accipiuntur pro doctis, scientia, vel doctrina imbutis, l. 1. C. de Decr. urb. Rom. in Theodos. c. de multa, & de prob. quos à rusticis distinguunt Justin. in l. ult. C. de testam. Inde illiterati, ignari, & indocti dicuntur in cap. illiteratos 36. dis. riotavit Bosquetus ad Innoc. lib. 2. epist. 224. In præsenti autem litteratos accipi pro sciolis, seu leguleis, qui mediocris litteraturæ fumo inflati, lites ferunt, notavit Cirionius hic: illi enim clericalibus insignibus utebantur, id est, tonsura, & vestibus, ut hoc colore clericali privilegio fruerentur.

(c) **Cenoman.**] De qua dicitur celi ergo in cap. 5. de rescripto.

(d) **Sacerdotalibus negotiis.**] Ex his verbis recte deducitur, clericos conjugatos tonsuram deferentes non posse negotiis sacerdotalibus se immiscere, quod late probat Vela dictio tom. 2. dissert. 4.

## COMMENTARIUM.

3. **I**n his duabus decisionibus agitur de clericis conjugatis, qui tonsurâ dimissa, seu retentâ negotiis sacerdotalibus se implicarunt, & tam ab Innocentio, quam Honorio III. deciditur, eos præsilio clericali non gaudere: quantum decisionum ratio in promptu est; nam si clerici in majoribus ordinibus constituti negotiis sacerdotalibus

se immiscentes, post triann. monitionem amittunt privilegium clericale, ut probavi, in cap. final. de vita & honest. cleric. quando magis, qui in minoribus constituti, connubio copulati, relicta tonsurâ hujusmodi negotiationibus se implicarunt, præsilio clericali privari debent? Circa clericos autem conjugatos tonsuram deferentes, nec se negotiis sacerdotalibus implicantes, extat celebris constitutio Bonifacii VIII. in cap. unic. hoc tit. in 6. quâ cavetur, ut clerici conjugati canonis, & fori præsilio gaudient quoad causas criminaliter, seu civiliter intentatas: ut autem illi hac immunitate gaudieant, tres petit Bonifacius conditiones. Prima ut tonsuram deferant: secunda, ut incendant in habitat clericali: tertia, ut cum unica & virginem matrimonium contraherint. Concil. verò Tridentinum sif. 23. de reform. cap. 6. quia tam addit his verbis: Modò hi clerici aliqui Ecclesia servio, vel ministerio ab Episcopo deputati, eidem Ecclesia serviant & ministrent. Iis tam concurrentibus tantum præsilio canonis & fori quoad criminales causas gaudient, etiam si civiliter intentantur; quo modo exponenda sunt illa verba dicti capituli unic: Trabinon posse criminaliter, aut civiliter ad iudicium; ut latè eadem requisita prosequentes docent Covat. præl. cap. 31. Salcedo in praxi cap. 62. num. 13. Diana tom. 1. tract. 2. respl. 51. Germonius lib. 3. de sacr. imm. cap. 15. Martha de jure d. cent. 2. casu 153. Suarez adver. Reg. Anglia lib. 4. cap. 28. Ecobat de Pontif. iurisdict. cap. 21. §. 5. fuit Pereyra tom. 2. de max. Reg. Urrutigoytin pastor. regul. cap. 3. votio 3. Circa clericos verò in majoribus ordinibus constitutos, ex dispensatione Pontificis matrimonium contrahentes, an præsilio fori in eisdem causis gaudient, non vulgo habatur: & ipsos non gaudere præsilio fori, docuerunt Sanchez de matrim. lib. 8. disput. 8. num. 11. Suarez d. cap. 28. num. 3. Sed contrarium, immo hujusmodi præsilio eos frui, docuit Navarr. de reddit. quæf. 1. monit. 10. fol. 296, illis verbis: Quod non obstante dispensatione

dipensione clericus conjugatus manet persona ec-  
clesie, & gaudet privilegio fari, & canonio.  
Quam opinionem non levibus probavit funda-  
mentis collega meus Illustr. D. Rodericus Parga  
& Mandia, quondam Academia nostra Cancel-  
larius, nunc vero Episcopus Accitanus.

## CAPUT X.

## Idem (a) V.

**V**IT consultationi tuæ breviter satisfiat, respondemus, quod R. miles tuæ dicæ-  
cessis, qui sicut tibi humiliter est confessus, olim in minori constitutus ætate,  
cum modicum sciret legere, vel cantare, tonsuram tamen & coronam clericalem  
assumpsit, quam gestare inter milites, & laicos erubescit, non est cogendus deferre ha-  
bitum clericalem.

## NOTÆ.

1. (a) **V**erbis cit. cap final. Cujus eius autem in præ-  
senti existimat, Honorium rescribere Linconensem  
Episcopo, juxta cajus sententiam ita rebusuenda est  
in scripto: *Wilhelmo Linconensi Episcopo; temporis  
bus enim Honorii III. Linconensem regebat Ecclesiam Willemus, qui postea fuit in Ecclesiam  
Rhemensem translatus, ut refert Chenu in serie  
Prefat. Lincon. De Ecclesia Linconensi nonnulla  
notariorum cap. 8. de re scripta.*

## COMMENTARIUM.

**V**ulgò textus hic accipitur de clero primâ  
tonsurâ tantum initiato, militiæ nomen dan-  
te, qui non tenetur deferre in ipso exercitu, & belli  
congressu tonsuram. Sed certè si de tonsurato in  
bello proficiente accipiat præsens decisio,  
parvam, aut nullam contineat dubitando rationem;  
nam licet clericis in majoribus gradibus constitu-  
tis militiæ nomen dare interdictum sit, *cap. clericorum*,  
*cap. de his clericis, cap. eos qui, 20. qua. 3. cap.*  
*clericorum, cap. quicunque, e. ex multa, de voto: illu-*  
*strant latè Land. Peter. lib. 21. de veteri mon. cap.*  
*23. Barbo. de iure eccl. lib. 3. cap. 4. Beccan. de*  
*bello q. 18. num. 21. Diana p. 10. tract. 2. refol. 2.*  
*Gibal. de irregul. cap. 4. difficult. 4. Rouffelius*  
*lib. 7. hif. Ponif. iurisdict. cap. 6. & si beneficia*  
*possident, illis privandi sint, Concil. Audegav.*  
*can. 7. ibi: Clerici quoque, quare reliquo clero se ad se-  
culariam militiam, & ad laicos contulerint non inju-  
rit ab Ecclesia, quam relinquunt, amoveantur. Ta-  
men clerici in minoribus constituti ritè possunt,*  
*sicut alii laici, ad militiam proficiunt, ut probat*  
*Diana dicta refol. 2. Et sicut conjugati, vel aliis  
negotiorum secularibus impliciti non coguntur  
tonsuram deferre, ita nec milites. Unde credi-*

non potest, Episcopum Linconensem confusa-  
luisse Honorium IIII, in casu adeò aperto, cum vi-  
delicit, qui tantum primâ tonsurâ erat initiatus,  
militiæ nomen dederat, utrum tonsuram deferre  
cogendus esset, cum tunc tanquam laicus incedere  
potuisset. Quare existimabam, Rodericum, de  
quo in præsenti, nullo modo militiæ nomen de-  
disse, sed in ipsa civitate degisse: quod ut facilius  
percipiatur, obseruo apud scriptores mediæ & tertiæ  
plerumque nobiles viros, Dynastas, & Toparchas,  
milites appellari, quos & nos vulgo appellamus  
Cavaleros; de quibus sanctus Bernardus ad Eu-  
genium lib. 3. cap. 5. ubi conqueritur de clericis,  
qui ut laici incedebant, his verbis: *Quid sibi vult,  
quod clerici alius esse, alius videri volute; id qui-  
dem minus castum, minuque sincerum; nempe ha-  
bent milites, quibus clericis, acta neutrata exhibent.*  
Sic miles Terceillius, ipsius sancti Bernardi pa-  
ter, miles appellatur ab Wilhelmo Abbatte lib. I.  
*vita ejusdem sancti, eo quod esset vir antiquus, &*  
*legitima militia, id est, nobilitatis. Et Petrus Ble-  
sens. epist. 78. Gaufridum, nobilem appellat mi-  
litem, *sanguine, & animi generositate præclarum.*  
Et epist. 94. reprehendens nobilium fastum, super-  
biisque, ait: *Nepotum vestrorum milium fa-  
tuo sam gloriam tolerare non possum. Probat Sau-  
say in Panopl. cleric. p. 2. lib. 3. cap. 2. quibus sup-  
positis eam credo esse Honorii mentem, ut R.*  
*miles, id est, nobilis Dynasta, qui in minori  
estate tonsuram accepérat, eamque postea inter  
alios Dynastas, & laicos deferre erubescébat, cum  
nec Ecclesia inserviret, sed potius ut laicus ince-  
deret, cum quereretur, an cogendus esset eam de-  
ferre, cum adhuc per conjugium, vel similiens  
actum non deseruerit statum clericalem; respon-  
dit Honorius, quod non est cogendus inter alios  
nobiles tonsuram deferre, cum ipsam propriæ vo-  
luntate deferere velit, nec beneficium aliquod ee-  
clesiasticum obtineat.**

TITU.